



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Ignatio Romam appropinquanti Christvs apparet: & vnde Societate Iesv  
nomen inditum fuerit. Cap. V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

Ignatio Romam appropinquanti CHRISTVS ap-  
paret: & vnde Societati IESV nomen in-  
ditum fuerit.

## Cap. V.

**E**T quoniam expeditioni trans marinæ  
præhæritum anni spatium erat in exi-  
tu; & infestum adhuc classibus mare;  
quid proinde agendum esset, Patres in-  
ter se deliberârunt: nec dubium fuit, quin,  
vbi Lutetiæ voverant, cuncti sese ad  
fidei Catholica propagationem, & ani-  
marum auxilium, Sedis Apostolicæ cultui, & Romani  
Pontificis obsequio manciparent. Cuius officij procu-  
ratio (quoniã satis id esse videbatur) Ignatio, & duobus  
primarijs patribus Fabro & Laini mandata est; Romam  
adirent, & (quod bene verteret) CHRISTI Vicario hæc  
sociorum studia ac vota quam primum exponerent. In-  
terea reliqui, ne conceptus è diuturna meditatione & sa-  
crosancti feruor ac spiritus euanesceret, non modo se ipsi  
diligentissimè custodire, sed etiã præsidij diuini fiducia  
proximis omni ratione optulari decernunt, ac præcipuis  
vrbibus inter se descriptis, præsertim in quibus litterarũ  
studia florere, & frequentissimam iuuentu è versari cog-  
nouerant; Codurius Hoziusque Patavium, Roterigius  
& Iaius Ferratiam, Xauerius & Bobadilla Bononiã, Pas-  
chalius & Salmeron Senas profecti, eadem fermè ratio-  
ne quam paulo ante Vicetiæ adhibitam diximus, & pri-  
uatim & publicè cũ hominibus agere, eosque è lethali  
flagitiorum veterno excitare, atque ad contemptum re-  
rum mortaliũ, & cogitationem futuri sæculi omni co-  
nati atque artificio impellere atque adhortari cepe-  
runt. Cumque ipsa nouitate rei omnium in se ocu-  
los atque ora vertissent, paucis mensibus, Deo aspi-  
rante, non modo id effecere quod maximè optabant, vt  
magni animorum motus, & insignes ad Christũ conuer-  
siones existerent; sed etiã, quod minimè laborabãt, vt ip-  
orum nomen ac fama Italiam ferè totã ingenti cum ad-  
muru.

murmuratione peruaderet. At Ignatius Romam euenit  
 quos dixi comitibus rectè contendens, & ab eorum  
 tero quotidie corpus CHRISTI religiose carnis  
 suscipiens; M A R I A virginis potissimum patris, &  
 adiutricis, sese ad sacrum iuo tēpore faciendum, ac ma-  
 ta pro Christi nomine subeunda, dies nocturnas horis  
 intenta quadam animi cura, simul inaccessibilis horum  
 dulcedine, & noua diuini luminis copia preparatum. Et  
 enim ex quo primùm Hierosolymis rediens ad littera-  
 rum studia in Christi gratiam animum adlectis, & ce-  
 rùm caelestium contemplatione, ut diximus, non sine  
 magna difficultate remiserat multum, sequens ipse Domi-  
 ni caritate, spiritali consolationi delicijsq; sponte lab-  
 duxerat. Sed studiorū exacto curriculo, & deinceps & Ve-  
 netijs, & in Vicentino secessu, & in hoc de quo dice-  
 mus itinere, tam crebra diuinitus luminum insequen-  
 tium voluptates, eadem scilicet Virginis faciem percep-  
 pit, ut in antiquum statum illum Minoritanum quem  
 postea ob singularem & eximiam illius reuerentiam  
 Dei benignitatem religioso ioco primitiam hanc Ec-  
 clesiam appellare conlucuerat) non solum exurgens,  
 sed etiam cum scēnore sibi restitutus esse videtur. Sed  
 præter cætera, quæ quod mortalem naturam exasper-  
 rant, verbis exsequi difficillimum est; quo de Romam  
 accessit, res ei contigit vel ad memoriam potissimum  
 signis, vel ad confirmandum in proposito Ignatium  
 terosque haud mediocriter efficax. Etenim oranda res  
 sa non longè ab Vrbe templum ingresso, quæ in palatio  
 imposita militari viæ cernuntur, statimque, ut supra  
 lebat, abstracto à sensibus, atque alta quadam attentione  
 templatione defixo, clarissima in luce per speciem  
 sese Deus pater ostendit, Iesu filio baulanti uocem, &  
 crudelissimis affecto supplicijs, præsentē Ignatium loco  
 osq; cōmendans; quos ille cum in fidem ac potissimum  
 libentissimè recepisset, ad Ignatiū placido & læto uo-  
 tu conuersus, hæc ipsa effari uerba dignatus est. QUA  
 VOBIS ROMAE PROPITIUS ERO. Quo

unto tamque diuino solatio mirum in modum crectus  
& confirmatus Ignatius, ac socios deinde compellans:  
Quid nobis, ait, Romæ futurum sit, fratres; in cruce  
ne, an in rotam agi nos velit Deus, ignoro. vnum scio,  
quidquid eueniat, Iesum Christum nobis propitium fo-  
re. ac simul totius visionis ordinem exposuit. Quæ res  
non in præsentia tantum illos insolita quadam lætitia  
& voluptate perfudit, sed etiam in posterum contra o-  
mnes difficultates atque pericula magnopere corrobora-  
uit, ac munijt: atque id ipsum vel in primis fuit causæ  
cur Ignatius confirmatæ post modum Societati saluta-  
re potissimum Iesu nomen indiderit. quam tamen dein  
de verbo scripto que minimam vocare solitus est, quòd  
reliquis religiosorum familijs (quas item Societates Ie-  
su licet optimo iure appellare) cunctis omnino tum de  
splendore, tum de antiquitate concederet.

*Ignatius Romæ Christiana rei dat operam: in Casti-  
nati monte animam Hozij calum inran-  
tem videt. Cap. VI.*



**G**ITVR tam secunda numinis vo-  
luntate, tamque liberali promisso mi-  
rum in modum læti, sic tamen vt non  
sine mysterio Christum Dominum  
crucifixi maximè habitu apparuisse  
apud se reputarent, cum gratiarum a-  
ctiōe ac prece sanctam Virbē ingref-  
sunt, nihil antiquius habuere, quàm vt viatici nomine sibi  
annueratam anno priore pecuniam, quoniam quidem  
auaritionis consilia in irritum ceciissent, prorsus ad  
nummum iisdem à quibus acceperant, redderent; quæ,  
in alios pietatis vsus & opera expendere-  
tur. Deinde, quemadmodum ante conuenerat, suam & reli-  
quorum operam Pontifici maximo in Apostolicis præ-  
cipue functionibus, citra honoris titulos, & dignitatis  
insignia, detulere. Neque aspernatus est pia Patrum stu-  
dia